

1911

Viernes 30 de Junio

12

BOLETIN



OFICIAL

DEL

OBISPADO DE LEON

A CRISTO
REY INMORTAL DE LOS SIGLOS
EN EL
SANTÍSIMO Y ADORABILÍSIMO SACRAMENTO
DEL ALTAR
MONUMENTO PERENNE DE LAS DIVINAS
MISERICORDIAS Y FUENTE INAGOTA-
BLE DE LAS DULZURAS
DEL
CORAZÓN AMANTÍSIMO DE JESUS

La Diócesis de León le rinde humilde y filial adoración y se asocia al entusiasmo del XXII Congreso Eucarístico Internacional uniendo á sus fervorosas aclamaciones, la de

Alabado sea en todas partes el Santísimo Sacramento del Altar y Glorificado el Corazón Benditísimo de Jesús, Víctima Sacrosanta del amor de Dios para con el hombre.

EL CONGRESO EUCHARISTICO

Este es el acontecimiento que ha preocupado la atención de todo el mundo durante la última decena del mes actual. En el extranjero y especialmente en España desde el día 22 en que empezó la celebración del vigésimo segundo Congreso Eucarístico internacional en Madrid, bien puede decirse, que no ha habido persona que no se haya ocupado de acontecimiento tan importante y trascendental, para los intereses del catolicismo y el bien de la humanidad entera.

La actividad desplegada por los organizadores para su preparación, se ha multiplicado grandemente estos días, para que se realizase con exactitud el programa; y todos los actos revistieron la grandiosidad que se esperaba.

El éxito ha coronado los esfuerzos y superan los resultados á cuanto los cálculos humanos pronosticaban.

Doscientos mil, según un periódico, nada sospechoso de parcialidad en favor del Congreso (*El Liberal*) son los católicos españoles y extranjeros, que se han reunido en Madrid, para tributar á Jesucristo en la Eucaristía esta prueba de acatamiento á su soberanía infinita y de amor rendido á su bondad inefable. De ciento pasan los Reverendísimos Arzobispos, Obispos y Abades mitrados, que tomando parte activa en las asambleas, secciones y demás actos, dan testimonio de su celo apostólico y ardiente caridad. Entre ellos se encuentra nuestro amadísimo Prelado, que desafiando todo género de molestias y sacrificios asiste á todos los actos y en algunos ha practicado trabajos de importancia, entre ellos los sermones en la parroquia del Pilar; de España solo no concurrieron los Sres. Obispos, á quienes su salud ú ocupaciones ineludibles no se lo permite.

Los lectores del BOLETIN conocen ya el programa, que se ha realizado con toda puntualidad, el mayor orden, y la grandiosidad que la fiesta requiere.

La recepción del Legado Pontificio, Emmo. Cardenal Aguirre, gloria de España y honra de esta provincia, la asamblea de apertura, la de clausura y la comunión de los niños, en número de treinta mil, fueron solemnísimas, superando á cuantas se han celebrado en otros Congresos y excediendo en legítimo entusiasmo á las reuniones más famosas que la memoria recuerda ó de que la historia nos habla

Lo que excede á toda ponderación es la procesión verificada ayer Según los telegramas recibidos, el triunfal paseo del amantísimo Jesús, realmente presente con su cuerpo, alma y divinidad en la Hostia consagrada, fué una manifestación patente á todo el mundo de su dominio soberano sobre todos los seres y de su reinado por el amor sobre el corazón de sus adoradores. Formaron en ella todos los congresistas, ocupando la presidencia el Legado Pontificio y los Sres. Obispos.

S. M. el Rey ha estado representado por el infante D. Carlos; y con S. M. la Reina tomó parte en la asamblea de clausura, en la que leyó un elegante discurso, revelador de profundos sentimientos religiosos y acendrado patriotismo

Ha reinado el orden más completo y el Gobierno con sus acertadas medidas está revelando la consideración merecida á la religión del Estado y de todos los ministros, y grande interés por la prosperidad y buen nombre de la Nación y especialmente del pueblo de Madrid.

La adhesión al Congreso ha sido de todos los católicos del Mundo, pero en España en todos los pueblos se celebraron actos que la patentizasen, y no habrá quedado uno donde ayer dejase de proclamarse en procesión pública el reinado de Jesús sacramentado sobre esta nación, predilecta de su Corazón amantísimo.

Esta diócesis no cede á alguna el primer lugar en parte activa, para el esplendor de tan fausto acontecimiento. De mil pasan los Congresistas asistentes con el Ilmo. Sr. Obispo á la cabeza, son muchos los inscritos y que han contribuído con la limosna, y en todas las parroquias é Iglesias los cultos especiales á el Santísimo Sacramento no se han interrumpido durante estos días.

En la capital tuvieron excepcional importancia.

La novena á el S. C. de Jesús tiene lugar en la Catedral.

Su celoso Director, el M. I. Sr. Magistral, incansable en su trabajo por la extensión é intensidad de esta utilísima y dulce devoción, tuvo el buen acuerdo de celebrarla este año en el incomparable templo, que solo con su imponente y delicada majestad inspira devoción, y esta vez ha sido adornado con el arte y sobriedad que su magnificencia requiere. Las arañas acertadamente colocadas y con profusión de luces eléctricas hacen resaltar la hermosura del retablo, dando al mismo tiempo brillo especial á la capilla. El altar adornado, casi solo con flores naturales y multitud de luces artísticamente colocadas atrae las miradas y el corazón de los concurrentes á el Santísimo Sacramento, expuesto todos los días durante la novena.

Las pláticas han estado á cargo del R. P. Martín Herrera, S. J., quien con su potente y bien timbrada voz y el ardiente amor á Jesús y á las almas, que revela en su fogosa palabra, cautiva la atención de los numerosos fieles que le escuchan, cosechando, por la gracia de Dios, abundantes frutos, de los que son prueba las comuniones hechas ayer, no bajando de dos mil en la general y pasando de otras dos mil las distribuídas en la misma Catedral y demás Iglesias, siendo la tercera parte de hombres.

La procesión de la tarde fue sorprendente por la buena organización, debida principalmente á el Sr. Magistral,

numerosísima concurrencia y fervor y entusiasmo religioso demostrados. Asistieron todas las asociaciones, colegios, corporaciones religiosas, centros de enseñanza, autoridades civiles y militares, los dos Cabildos y todo el clero, siendo presididos por el M I Sr. Provisor y Vicario General, que en la calle ancha dió la bendición con el Santísimo á los asistentes y espectadores, que eran muchos miles, y la recibieron con la mayor veneración y respeto.

Formaron en la procesión, según cálculo de inteligentes, más de tres mil personas, que constantemente fueron cantando el himno del Congreso, acompañadas por las bandas de música del Hospicio y Regimiento y al llegar á la Catedral se desbordó el entusiasmo hasta lo indecible, prorrumpiendo la inmensa muchedumbre en vivas ensordecedores al Augusto Sacramento del Altar y en gritos afectuosísimos de amor al divino Corazón, amor que demostraban las lágrimas de júbilo vertidas.

La Capilla y orquesta de la Catedral todos los días ha contribuído al mayor realce, interpretando con maestría motetes cantados conforme á las prescripciones del Sumo Pontífice.

Por parte de todos se guardó la mayor compostura, siendo innecesarias las acertadas medidas tomadas por las autoridades y fielmente ejecutadas por los agentes á sus órdenes.

Consolador en sumo grado es todo lo ligeramente reseñado. El amantísimo Salvador de los hombres pagará largamente cuanto en su obsequio se ha hecho, derramando abundantes gracias sobre todos los hombres, redimidos con su preciosa Sangre.

El conceda á nuestra patria la verdadera paz moral y material, de que está tan necesitada, y que es auspicio de la paz eterna.



SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO

Su Sría. Ilma, el Óbispo mi Señor, autoriza á sus diocesanos para que, durante el tiempo de recolección de frutos y solo á este efecto, puedan trabajar los días festivos si así lo exige la necesidad, excepto los de primera clase, quedando en todo subsistente la obligación de oír misa. Los señores Párrocos y demás encargados de la cura de almas, darán cuenta, oportunamente, á sus feligreses de la mencionada licencia.

León, 26 de Junio de 1911.—Dr. Manuel González Macías, Magistral-Secretario.

Su Sría. Ilma. confirió los Sagrados Ordenes, los días nueve y diez de Junio, á los sujetos que á continuación se expresan:

De Prima Clerical Tonsura y cuatro Ordenes menores

A D. Guzmán Ramos Sandoval.—D. Vincencio Medina Garrido.—D. Jesús Llorente Meana.—D. Angel Nistal Sandoval.—Fr. Inocencio de la Antigua.—Fr. Atanasio de Macotera — Fr. Beda de Calzada.—Fr. Clemente de Sahelices.—Fr. Benito de Ojedo.—Fr. Evangelista de Ideazabal.—Fr. Mateo de Pinilla.—Fr. Alberto de Azpeitia.—Fr. Florentino de Riaño — Fr. Fulgencio de la Mata.—Fr. Benigno de Fresnellino.—Fr. Celestino de Pozuelo.—Fr. Epifanio de Soto — Fr. Modesto de Azpeitia.—Fr. Casiano de la Granja.—Fr. Emiliano de Revillo.

De Subdiácono

A D. Aureliano Flecha Carbajal. — D. Fernando Alvarez Rodríguez. — D. Ovidio Diez Alvarez. — D. Constantino Martínez y Martínez. — D. José Alvarez Ordás. — Fr. Samuel de San Mateo. — Fr. Dámaso de Gradefes. — Fr Julián de Mondreganes y á Fr. Matías de Alcobilla.

De Diácono

A D. José Diez Monar. — D. Aurelio Calvo Alonso. — D. Emiliano Herrero Fernández. — D. Silvano Barrientos Llorente. — D. Bonifacio Diez Cuesta. — D. Nicolás Maudes Maudes. — D. Constantino Pastrana Rueda. — D. León Gutiérrez Blanco. — D. Julián Alvarez Aparicio. — D. Maximino Carral Martínez. — D. Juan Alvarez López y á D. Joaquín Ortiz Navarro.

De Presbítero

A D. Ricardo del Pozo González. — D. Constantino Bayón García y á D. Lino Amez Rodríguez.

Por interesar á varios pueblos de este Obispado se publica en el BOLETIN el siguiente

EDICTO

EL RECTOR DE LA UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE ESTUDIOS ECLESIAÍSTICOS DE VALLADOLID,

HACE SABER: Que hallándose vacante y debiendo de proveerse para el curso próximo de 1911 á 1912 la Beca fundada en este Seminario por D.^a Modesta Misol, por el presente se convoca á los que se crean con derecho á disfrutarla, para que dirijan sus solicitudes documentadas al Excmo. Sr. Arzobispo de esta Diócesis antes del 30 de de Agosto del corriente año.

Valladolid, 1.º de Junio de 1911.

El Rector,

EUSTOQUIO RODRÍGUEZ

Subscripciones hechas á favor de la Agencia Católica de Información Prensa Asociada.

	<u>PTAS. CTS.</u>	
SUMA ANTERIOR.....	1908	40
D. Lino Fernández, Párroco de Morales, donativo.....	5	»
» Eleuterio Domínguez, Coadjutor de Palazuelo de Vedija, id.....	5	»
» Porfirio García, Vicario de Pozuelo, id.....	5	»
» Primitivo López, id. de Villaesper, id.....	2	50
» Pedro Manso, Presbítero id.....	5	»
» Anselmo Gutiérrez, Párroco de Villafrechós, id.....	2	»
» Lino Escudero, Presbítero, id.....	2	50
» Leopoldo Martínez, Coadjutor de Villafrechos, id.....	3	»
» Angel C. Gascón, Vicario de Villafrechós, idem.....	5	»
» Modesto, López, Párroco de Sta. Eufemia, id.....	10	»
TOTAL	<u>1953</u>	<u>40</u>

NOTA. Sigue abierta la suscripción recibándose las prestaciones y donativos en la Secretaría del Obispado, en la Habilitación del Clero y en casa de D Ignacio Cámara.

MONTEPIO DEL CLERO LEGIONENSE

Sres. Socios que han solicitado pensión por haber padecido enfermedad aguda durante la 2.ª quincena del mes actual,

D. Francisco del Valle Villan.ª de Arriba	51 días	102 ptas	
» Gerardo Cascos . Villalón.....	11	»	22
» Victor Rodríguez .	19	»	38
TOTAL PTAS.			<u>162</u>

León 30 de Junio de 1911.

SEMINARIO CONCILIAR DE SAN FROILAN DE LEÓN

CURSO DE 1910 á 1911

Relación de los alumnos de este Seminario examinados en los ordinarios del presente académico con expresión de las calificaciones que han obtenido en las correspondientes asignaturas.

Derecho Canónico.—TERCER CURSO

NOMBRES Y APELLIDOS	Decretales	Derecho Pub.º Eccl.	Derecho Es. pañol	Derecho Rom.º y Pat.º	Procedimientos Fccos.
<i>Externo</i>					
D. Ricardo del Pozo González. . .	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus
<i>Enseñanza privada</i>					
D. Cesáreo Bajo Estébanez	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus
Fidel Hierro Alonso	idem	idem	idem	idem	idem
Gaudencio Lobo Calderón . . .	idem	idem	idem	idem	idem

SEGUNDO CURSO

<u>Internos</u>				
D. Lino Amez Rodríguez	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus
Silvano Barrientos Llorente	idem	idem	idem	idem
Constantino Bayón García	idem	idem	idem	idem

PRIMER CURSO

Enseñanza privada

Instituciones de Derecho Canónico

D. Annibal González Díez

Meritissimus

Sagrada Teología.—QUINTO AÑO

<u>Internos</u>	T. Moral y Pastoral	Inst. de Der.º Can.º	Liturgia Sda.	Práctica Parroquial	Eloquencia y Párist,ª
D. Fernando Alvarez Rodríguez	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus
Ovidio Díez Alvarez	idem	idem	idem	idem	idem
Constantino Martínez y Martz	Benemeritus	idem	idem	Benemeritus	idem
Esteban Almirante Fernández.	idem	idem	idem	idem	Benemeritus
Julián Alvarez Aparicio	idem	idem	idem	idem	idem
Maximino Carral Martínez	idem	idem	idem	idem	idem
León Gutiérrez Blanco	idem	Benemeritus	idem	idem	Meritissimus
José Alvarez Ordás	idem	idem	Benemeritus	idem	idem

D. Aurelio Calvo Alonso	Benemeritus	Benemeritus	Benemeritus	Benemeritus	Meritissimus
Constantino Pastrana Rueda . . .	idem	idem	idem	idem	idem
Aureliano Flecha Carbajal	Meritus	Meritus	Meritus	Meritus	Meritus
Nicolás Maudes y Maudes	idem	idem	idem	idem	idem
Emiliano Herrero Fernández . . .	idem	idem	idem	Meritus	Benemeritus
<u>Externos</u>					
D. José Díez Monar	Benemeritus	Meritissimus	Benemeritus	Benemeritus	Meritissimus
Bonifacio Díez Cuesta	Meritus	Meritus	Meritus	Meritus	Benemeritus
Vicencio Medina Garrido	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus	idem
Jesús Llorente Meana	Benemeritus	Benemeritus	Benemeritus	Benemeritus	Meritissimus
Sebastián del Río Alonso	idem	idem	Meritissimus	Benemeritus	Benemeritus
Eugenio Gutiérrez Moreno	idem	idem	Benemeritus	idem	Meritissimus
Angel Nistal Sandoval	idem	idem	idem	idem	idem
Antonio Pagin Sánchez	idem	Meritissimus	Meritissimus	idem	Benemeritus
Germán Ramos Sandoval	idem	Benemeritus	Benemeritus	idem	Meritissimus
José Crespo Aller	idem	idem	idem	idem	idem
José González Parra	idem	idem	idem	idem	idem
Carlos Martínez y Martínez	Meritus	Meritus	idem	Meritus	idem
Darío Sánchez Marcos	Approbatus	Approbatus	Meritus	idem	idem

TERCER CURSO

	T. Moral Fundamental	T. Dogmática	Hermenéutica y Exag. Bib.
<u><i>Internos</i></u>			
D. Alejandro Canal y Canal	Meritissimus	Meritissimus	Meritissimus
Fidel Doce Vázquez	idem	idem	idem
Benjamín del Blanco Cimadevilla	Benemeritus	Benemeritus	idem
Daniel Paniagua Castellanos	idem	idem	idem
Juan Piñán Alonso	idem	idem	Benemeritus
Antonino Villanueva Rodríguez	Meritus	idem	Meritus
Valentín Ayuela Santos	idem	Meritus	idem
Matías Viejo de la Puente	idem	idem	idem
<u><i>Externos</i></u>			
D. Fausto Cuevas y Cuevas	Benemeritus	Meritissimus	Meritissimus
Joaquín González Blanco	Meritus	Benemeritus	Benemeritus
Manuel López y López	Approbatus	Approbatus	Meritus
Adriano Becerril Blanco	idem	idem	Approbatus
Avelino Boñar Reguero		idem	idem

(Se continuará.)

SECCION DOCTRINAL

Y DE VARIEDADES

DILECTO FILIO NOSTRO

GREGORIO, S. R. E. Presb. Card. Aguirre,

ARCHIEPISCOPO TOLETAEO

PIUS P. P. X

DILECTE FILI NOSTER

salutem et apostolicam benedictionem

Qui propediem ex omnibus terrarum partibus Matritum convenient catholici, ut solemnem coetum Eucharisticum, te, Legato Nostro, praesidente, celebrent, eos bene multos fore, Nos quidem audimus valde libenter: cumque perspectum habeamus tuorum praesertim popularium ardorem religionis et Fidei, non difficile coniicimus, singularis magnificentiae futuros esse honores, qui Sacramento Augusto apud vos apparantur. Profecto, si nulla in re, quae ad catholicam professionem pertineat, decet populum Hispanum a quoquam superari, minime omnium decet in cultu Domini Nostri, sub velis mysticis nobiscum versantis: quandoquidem proprium Hispaniae ornamentum ille exstitit, qui ob insigne huius Sacramenti studium Eucharisticis caetibus et sodalitiis datus est patronus celestis, Paschalis Bailon. Jam vero ita rem vobis evenire cupimus, ut non solum coentium frequentia aut caerimoniarum splendore, sed etiam et maxime ubertate fructuum iste conventus nobilitetur. Etenim huc omnino spectare vestra debent consilia, quo potissimum curae cogitationesque Nostrae sunt conversae, ut homines ad majorem adducantur et cognitionem et amorem et consuetudinem Iesu Christi. Intelligitis

autem ipsi in pia religiosaque communicatione Sacramenti vivifici esse omnia; ob eamque causam in primis oporteret apud christianos, non tantum qui adulta aetate, sed quicumque rationis sunt compotes, usus Eucharistiae frequens atque adeo quotidianus invalescat. Primum omnium igitur ea, quae sunt in hoc genere praecipua ex recentioribus actis Sedis Apostolicae, id est Decessoris Nostri illustris Encyclicas Litteras *Mirae charitatis*, et utrumque Decretum Nostrum *Sacra Tridentina Synodus* et *Quam singulari*, proposita animis vestris habebitis nempe ad considerandum, quibus viis possint toto orbe catholico plenius ac felicius ad effectum pervenire. Praeterea, omnia propagare latius, quaecumque sunt alendae erga Eucharistiam communi religioni salubriter instituta, vestrae diligentiae pietatisque erit. Nos illud magnopere probamus, quod multis locis fieri consuevit, ut nullus sit Dominicus festusque dies, quin ad universa templa et sacella publica utriusque Cleri ostensione Sacramenti benedicatur adstantibus: idque ut inducatur in morem ceterarum dioecesium scitote Nobis admodum in optatis esse. Pergratum etiam nobis feceritis, si crebras salutationes, si adorationes perpetuas, si solemnes supplicationes delitescens Dei vobis curae fuerit omni ope provehere. At praecipue animos attendite ad rem eiusmodi, quam nemo divinae Eucharistiae cultor, qui rite sit de sempiterna fratrum salute sollicitus, neglexerit. Cognitum est, nimium saepe solere, ob perversam opinionem humanitatis et misericordiae hoc pessimi officii praestari morientibus, ut sacerdos non advocetur, nisi cum postremus torpor sensum mentem ad externa iam hebetaverit. Ita cernere passim licet homines christianos hinc decedere non refectos de Christi Corpore, quod unicum viaticum est ad caelestem patriam. Vos igitur summo studio contendite tam perniciosi mali delere stirpes et vulgo persuadere hoc germanae caritatis praeceptum, ut, qui periculose decumbant, iis tanta melioris, vitae adiuven-

ta, quamprimum possit, ministrentur. — Restat, ut consiliis coeptisque vestris divinae gratiae munera precemur, quod ex animo facimus, auspice benedictione Apostolica, quam ipsam praecipuae benevolentiae Nostrae tæstem, tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus qui coetus istius erunt participes, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S Petrum die V mensis Junii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS P. P. X.



Motu Proprio

Aprobando nuevas fórmulas para colocación de
beneficios papales

In Romanae Curiae ordinatione, per Constitutionem *Sapientis Consilio* decreta, Cancellariae Nostrae Apostolicae prospicientes, munus commisimus coetui trium purpuratorum Patrum, id est Cardinalibus Cancellario, Datario et a Secretis Congregationis Consistorialis, quam primum reformandi «formulas *Bullarum* collationis beneficiorum sive consistorialium, sive aliorum itemque *Bullarum* constitutionis dioecesium et capitulorum; denique *Regularum* quas *Cancellariae* vocant» (*Ordo servandus*, par. II. capitulo 9, art. I.)

Memorati PP. Cardinales, quibus in negotii demandatum est, re mature perpensa adhibitisque in consilium aliquot adlectis viris, officii partem expleverunt et novas condiderunt formulas, quibus Cancellaria Apostolica uti debeat in conficiendis *Bullis*, hoc est apostolicis sub plumbo *Litteris* de beneficiis consistorialibus aliisque actis annexis, easque formulas Nobis, ut par erat, probandas confirmandasque subiecerunt.

Quum vero easdem *Bullarum* formulas, prout in volumine typis edito continentur, diligenter inspexerimus Nostraeque voluntati plane respondere agnoverimus, Nos

ex plenitudine Apostolicae potestatis eas omnino approbamus et confirmamus, atque hoc Nostro Motu-Proprio approbatas et confirmatas edicimus ac declaramus, mandantes, ut, antiquis Bullarum formulis hae novae sufficientur eademque tantummodo a die 1 mensis Ianuarii proximi anni MCMXI ac deinceps, ab omnibus ad quos spectat religiose recipiantur et inviolate servantur, non obstantibus quibusvis, etiam specialissima mentione aut derogatione dignis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die sacra Beatae Mariae Virginis ab origine labis expertae, anno MCMX. Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

SAGRADA CONGREGACION CONSISTORIAL

Pertenece á la S. C. del Concilio conceder la facultad para adquirir los bienes de Religiosos

Sacra Congregatio Concilii, cum ipsi oblatae essent preces a Vicario Capitulari cuiusdam dioecesis circa emptionem aedificii Ordinis Regularis, cui a gubernio civili iamdudum ablatum fuerat, huic Sacrae Congregationi Consistoriali proposuit dubium «utrum, post Constitutionem *Sapientis Consilio*, spectet ad S. C. Concilii, vel potius ad S. C. de disciplina Religiosorum, facultas permittendi christifidelibus, ut bona adquirant Ordinibus aut Congregationibus religiosis usurpata »

Re autem mature perpensa et praehabito consultorum voto Emmi Patres respondendum censuerunt: «spectare ad Sacram Congregationem Concilii.»

In audientia autem die 11 Martii 1910 infrascripto Cardinali Secretario concessa, SSmus. D. N. resolutionem probavit.

Die 14 Martii 1910.—C. CARD DE LAI,—*Secret.*—

L. ✠ S. Scipio Tecchi, *Adessor.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ROBINE-BERTHON)

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 13 Martii 1911, RR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa Parisien.—Nullitatis Matrimonii.—instante pro appellatione defensore Vinculi Parisiensi adversus sententiam Curiae Parisiensis, inter Renatam Robine, repraesentatum per procuratorem Nazarenum Ferrata, Advocatum, et Paulum Berthon, qui declaravit se nolle agere in hoc iudicio, et sese remittere sapientiae tribunalis, interveniente et disceptante in causa Defensore Vinculi ex officio, sequentem ediderunt definitivam sententiam.

Die 13 Iulii anni 1898, Renata Robine et Paulus Berthon matrimonium contraxerunt, Parisiis, in Ecclesiae parochiali sic dicta «S. Jacques du Haut Pas». Dicebatur autem puellam non libere contraxisse, sed sub influxu patris: unde nil mirum si mox dissidia et iurgia inter coniuges orta sint. Itaque post non longum tempus, licet exterius vita communis perdurare videretur, separatio thori instituta est, et vir apud parentes suos, relicta uxore, noctes ducere consuevit. Tandem post undecim annos et dimidium, cum haec rerum conditio diutius tolerari non posset, vir petiit, sic dictum divorcium civile; quod revera pronunciatum est anno 1910. Ex hac ergo parte libera facta mulier institit, libello oblato die 1 Maii 1910, apud Curiam Ecclesiasticam Parisiensem pro declaratione nullitatis sui cum Paulo Berthon matrimonii ex capite vis et metus; quae Curiae die 22 Novembris eiusdem anni 1910, sententiam edidit pro nullitate matrimonii. Ab hac ergo sententia cum de iure appellasset Reverendus Vinculi Defensor Parisiensis ad S. Sedem, in H. S. O. dubium

de more concordatum est: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ad quod dubium RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Quod ad ius spectat Extat in corpore Iuris celebre caput *Cum locum, 14, De sponsalibus*, in quo haec dicuntur: «Cum «locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio interce- «dit, necesse est ut, ubi assensus cuiusque requiritur, coactio- «»nis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu »contrahitur; et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate »ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem »dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de in- «vitis solet nuptiis provenire». Similia leguntur in capite *Veniens 15*, eod. titulo: «Mandamus quatenus, si inveneris »quod primam, post fidem praestitam cognoverit, ipsum cum »ea facias remanere; alioquin secundae (nisi metu coactus »qui possit in vrum constantem cadere eam desponsaverit) »adhaerere facias ut uxori». Quibus est capitibus, omissis ce- teris, orta est theoria canonica, omnium doctorum consensu recepta, quod, saltem de iure ecclesiastico, metus dirimit ma- trimonium si sit gravis, etiam tantum realtive, iniustus, et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem in- cussus; quod iure merito extensum est ad metum reveren- tialem, id est, ad metum quo reformidamus indignationem eius, in cuius potestate constituti sumus, modo tamen acce- dat aliquid aliud v. g. preces importunae, et instantissimae, iurgia, vexationes etc., ita ut metus sit revera gravis. Sit ait D'Annibale: «Timor reverentialis dicitur, cum aliquis patris, »domini etc. indignationem, quae profecto malum est, me- »tuit, licet absint verbera aut minae. Quae si gravis et diu- »turna sit, malum grave et ideo metus gravis non immerito »existimabitur». (*Summula, tom. I, n. 138, nota 16, edit. 3*). Quae verba postquam retulit Emus Gasparri, sic concludit: »Ita quidem, sed in foro externo non praesumitur eiusmodi »indignatio esse malum grave neque pro puella, nisi circums- »stantiae aliud suadeant, aut accesserit aliquit aliud, e. g.

»iurgia, minae importunae et instantissimae, (*De Matrimonio*, »n. 942, t. 2, pag. 54, edit. 3). Revera, in his adiunctis S. Congregatio Concilii pluries matrimonium nullum declaravit, notantur in *Parisien.*, *Matrimonii* 16 Maii et 5 Septembris 1903; et in altera *Parisien.*, *Matrimonii* 21 Novembris 1903. Pariter in eisdem adiunctis, haec S. Rota matrimonium nullum esse declaravit in *Parisien.*, *Nullitatis Matrimonii*, die 26 Februarii 1910.

Quod ad factum spectat.—Ut, in aliquo determinato casu, recte iudicari possit, metum reverentialem ad hunc gravitatis gradum pertingere, ut, iuxta supradicta, matrimonium dirimat, sedulo inspicienda sunt praecipua rerum personarumque adiuncta, quae ad matrimonium referantur, notanter indoles personae quae metum incussit, et illius, quae metum passa est, motiva, quae personam impellebant ad metum incutendum, modus quo patiens vi morali restitit, personae ad quas recurrit, constantia qua in resistendo perseveravit. Quae is casui praesenti applicentur, facile patebit metum reverentialem gravem fuisse, matrimoniumque nullum declarandum esse.

Dñus Robine, pater Renatae, matrimonium filiae suae cum Paulo Berthon omnino et absolute volebat. Habitabat ille civitatem Cherbourg, ubi omnes fortunas suas habebat, et munere professoris fungebatur in Lycaeo; porro viduus erat, et mulierem quamdam, Parisiis habitantem, amabat. Quo ergo liberius cum illa muliere vivere posset, propriam filiam Renatam honeste a se remove-re voluit, tradendo eam in matrimonium Paulo Berthon, quem ab aliquot annis cognoscebat. Imo, cum hic etiam Parisiis habitaret, Dñus Robine, dimisso munere professoris, venditisque aut locatis bonis omnibus, quae possidebat in civitate Cherbourg, hanc civitatem dereliquit, Parisiosque cum filia sua Renata perrexit, ut et ipse commodius cum praedicta muliere conversari, et facilius filiae nuptias cum Paulo parare posset; quae nuptiae si conciliarentur, conventum erat ut D. Robine in familia Berthon propriam vitae sustentationem reciperet. Unde pater Renatae praedictum filiae matrimonium cum Paulo spectare,

optare et velle coepit uti rem sibi et filiae necessariam; si enim hoc matrimonium non fieret, D. Robine, qui professoris munus dimiserat, in gravissimas difficultates et forte in inopiam, simul cum filia, proxime lapsurus erat.

Itaque D. Robine, qui mense Maio an. 1898 domicilium, ut supra dictum est, Parisiis fixerat, filiam non consentientem, imo fere nesciam Paulo despondit.

Erat autem Renata puella septemdecim annos nata, mitis, timida, quae hucusque patri semper in omnibus consenserat. Simul autem ac ipsi a patre propositae fuerunt praefatae nuptiae, has abhorruit et respuit, tum quia ipsi indoles Pauli maxime displicebat, tum quia ab aliquot annis alio amore preoccupata erat; itaque Renata pater nihil intentatum reliquit, ut filiae reluctantem voluntatem frangeret.

Proposuit enim puellae infelicem rerum domesticarum statum, necessitatem providendi utrique, patri scilicet et filiae, vitae sustentationem, bona omnis generis ex matrimonio cum Paulo oritura, etc. Quae ratiocinia cum in irritum abirent, alia media excogitavit: hinc frequentes obiurgationes, graves reprehensiones, continua iurgia et etiam arcta custodia, aut saltem vigilantia ut Renata vix e domo egredi permitteretur, nisi ad adeundam officinam sponsi Pauli, qui pictoris artem colebat. Quae omnia passim referunt testes.

Nec tamen flectebatur puella; unde, quoties in conspectum Pauli veniebat, austera semper et frigida remanebat; nec unquam, anulum sponsalium, a Paulo oblatum, gestare voluit; imo non dubitavit, et quidem pluries, ipsi sponso asserere se nolle illi nubere, patrem quidem exoptare et velle hoc matrimonium, se autem illud prorsus respuere. Quod ita constanter et vehementer asseruit puella, ut ipse Paulus a sponsalibus recedere sibi proposuerit; quod tamen propositum, communicatis cum patre Renatae consiliis, executioni non mandavit.

Semper enim Dñus Robine pro matrimonio instabat; et ideo, quo magis eius filia se matrimonio repugnantem ostendebat, eo magis pater illam premebat et urgebat, ad fran-

gendant eius pertinaciam. Unde supradictis mediis adiecit minas et verbera. Comminabatur scilicet se filiam suam so- lam Parisiis derelicturum, vel quod ad idem redit, se illam exheredaturum. Ita testis Dña Montreuil: «C'est pour cela «qu'il (Dñus Robine) a voulu marier sa fille. Il lui a imposé «ce mariage par ses raisonnements, par ses prières importu- «nes, par ses menaces de la deshérer». Ita etiam vir Dñus Paulus Berthon: «J'estime que Mademoiselle Robine a subi «de la part de son père une contrainte à laquelle il lui était «impossible de résister. Il a, à ma connaissance, menacé de «l'abandonner, et il lui aurait donné même un soufflet pour «la faire céder». Quas minas modo praecisiori sic exprimit ipsa Renata: «En m'obligeant à épouser M. Berthon, mon «père m'a contrainte à faire ce que je ne voulais pas: il m'a «mariée, je ne me suis pas mariée. Mon père me menaçait «de m'abandonner à Paris, seule et sans ressources. J'avais «alors dix-sept ans, et l'on comprend que cette menace «pouvait m'effrayer». Has minas ipse pater fatetur: «Je «l'ai menacée de ne me plus m'occuper d'elle pour la marier, «de l'abandonner à elle-même pour gagner sa vie. On com- «prend que ma fille, qui n'avait alors que 18 ans, qui arri- «vait de province, pût se laisser intimider et sérieusement «effrayer par la pensée d'être livrée seule à elle-même dans «Paris, et aculée sans savoir comment, à se procurer des «moyens d'existence. Il me reste vaguement à l'esprit les «termes de mes menaces, mais ce qui me reste bien claire- «ment, c'est l'existence de ces menaces, et de la violence «que j'ai faite pour imposer à ma fille et les fiançailles et «le mariage». Quod spectat ad verbera, nullus quidem testis oculatus haec refert; de hoc tamen dubitari nequit, quia, praeter ipsam uxorem actricem, haec verbera referunt plu- res testes, quibus infelix puella vim ab ipsa passam tempore non suspecto concredidit, v. g. Dña Berthon mater Pauli, quae ait: «Il me souvient que M. Robine, cependant très «bon pour sa fille, s'est laissé aller à la souffleter, afin de «la déterminer au mariage. Je crois qu'il se livra à ces actes

«violents, et en dehors de son caractère, pour obéir aux ordres de sa maîtresse, que la présence de la jeune fille «gênait». Ita etiam testis Dña Menton de Chailly, puellae amicissima, quae dicit: «Quelques jours avant mon départ «de Paris, elle (Renata) vint me raconter qu'une scène pénible où son père s'était oublié jusqu'à la frapper, avait eu lieu. Elle était exaspérée, déclarant qu'elle voulait partir, même se tuer. Je m'efforçai de la calmer et de la ramener «à la raison». Imo se vim etiam physicam adhibuisse contra filiam non negat pater: «Sans nul doute, je n'ai pas été «jusqu'aux moyens physiques violents, d'une manière continue; cependant il est bien certain que dans des moments d'exaspération, j'ai accompagné mes prières importunes et incessantes de quelques gifles et de quelques «bourrades».

Constat igitur Renatam a patre modis omnibus, precibus, obiurgationibus, iurgiis, minis, verberibus, adactam fuisse ad matrimonium cum Paulo; contra quam vim paternam et iniurias recurrit puella ad omnes, ad quos potuit, non quidem ad cognatos, quia nullum habebat Parisiis, sed ad amicas et etiam ad Pauli amicos, quos saepe in officina eiusdem Pauli reperiebat. Sic contra patrem, opem imploravit Dñae Menton de Chailly, de qua supra dictum est, Mariae Berthon, sororis Pauli, Dñi Aconin, qui amicus erat Pauli, Dñi et Dñae Montreuil, quorum consiliis, quantum poterat, utebatur etc. Et hi omnes, a puella rogati, apud patrem Renatae intervenerunt ut rem totam ipsi exponeret, et filiam tandem ad eius iniustis vexationibus liberarent. Sed nihil potuerunt contra pertinacem patris voluntatem, qui, ut dictum est, relicta civitate Cherbourg, et dimisso professoris munere, nullam sibi fortunae spem reliquam superesse putabat nisi in matrimonio filiae cum Paulo Berthon; quod ipse Paulus hoc modo exponit: «M. Robine n'a pas un caractère violent, mais il est tenace; je dois bien reconnaître «aussi que sa situation était sans autre issue que celle du «mariage de sa fille avec moi». Ipso die qui matrimonio

praecedit, puella invisit futuram socrum Dñam Berthon, eamque rogavit, ne huiusmodi matrimonium fieri sineret, quod sic narrat Dña Berthon: «La veille du mariage M.lle «Robine est venue me trouver pour me prier d'intervenir en «su faveur, et de rompre le mariage arrêté par son père. «Je lui fis remarquer que c'était bien tard, que des person- «nes de province étaient arrivées».

Quid igitur puella tantis pressa angustiis? Cum amplius sperare nequiret se patrem flectere posse, et cum, adventante die matrimonii, magis ac magis has nuptias abhorreret, consilium iniit, mirandum quidem, si spectentur indoles et aetas puellae, sed quod in luce meridiana ponit eius contra praedictum matrimonium repugnantiam, consilium, inquam iniit, aufugiendi e domo paterna, et proficiscendi in Germaniam, (linguam enim germanicam colebat), ut ibi arte quadam aut labore victitare posset. Unde, pridie matrimonii, cum iam omnia parata essent ad nuptias, horis vespertinis, clam reliquit domum sponsi, ubi tunc erat, et adiit domum familiae Montreuil, et a Dño et a Dña Montreuil mutuam pecuniam efflagitavit ut propositum iter conficere posset. Cum autem huc casu supervenissent mater et soror Pauli Berthon, quae- rentes Renatam, vix illam inducere potuerunt ut ad domum paternam rediret, repugnantem et clamantem se nunquam Paulo nupturam. Quod singulare factum narrant quinque testes oculati, scilicet Dñus et Dña Montreuil, mater et soror Pauli, et quaedam sarcinatrix, nomine Magdalena Faulard, quae in domo Montreuil coenam sumere solebat. Nec huius- modi consilium dicendum est foetus repentinus phantasiae juvenilis, sed potius propositum firmæ voluntatis et maturae deliberationis; iam enim Renata a pluribus aliis pecuniam pariter petierat, ut Germanicum iter arriperet, v. g. a Maria Berthon, sorore Pauli, et a Dña Menton de Chailly, ut ipsae narrant.

Nec mirum igitur si dies ipse matrimonii, luctus potius quam laetitiae dies fuerit. Haec dicit Dña Montreuil: «J'ai «passé toute la journée du mariage avec les époux et les

«autres invites: l'attitude de la mariée n'a pas varié. Elle est
«restée triste, a pleuré, a refusé de se laisser égayer par les
«invités, qui tous se sont mis en devoir de la faire changer
«d'attitude. Après le dîner on a dansé, elle s'est refusé à
«danser avec son mari, et n'a pas voulu prendre part à la
«danse. Le soir, la mariée a suivi son mari sans faire de
«scandale; son attitude était toujours la même, en sorte que
«le cri général a été: voilà un mariage qui n'est vraiment
«pas gai, et une vie de ménage, qui commence sous de tristes
«auspices». Addit Dñus Montreuil: «L'impression générale
«de tout le monde a été la tristesse. C'était extraordinaire
«de voir un mariage aussi triste où la jeune femme n'a cessé
«de pleurer». Et ita etiam alii testes; notorium enim erat in
familia praefatum matrimonium non libere, sed coacte a
puella fuisse contractum.

Hoc pariter, vix inito matrimonio, luctuose simul et ma-
nifeste rei monstravit eventus. Prima enim nocte nuptiarum
et per unam aut alteram hebdomadam, Renata debitum
coniugale recusavit, nec illud postea praestitit, nisi viribus
omnibus exhaustis, uti ait Paulus in sua depositione. Mox,
ob varias causas, orta sunt inter coniuges dissidia et iurgia;
unde, vix elapsis tribus aut quatuor annis, (prout dicit Maria
Berthon, soror Pauli) separatio thori de facto instituta est,
et Paulus in domo parentum suorum noctes ducere consuevit.
Tandem mense Februario anni 1910, cum uxor virum sequi
recusasset in urbem Carnutum, hic divortium civile petiit, et
impetravit, tradita tamen uxori custodia prolis.

His autem omnibus inspectis, nullum dubium remanere
potest de metu et quidem gravi et iniusto, quem Renatae
pater modis omnibus, scilicet precibus, reprehensionibus,
iurgiis, minis et verberibus filiae incussit, ad extorquendum
eius consensum in matrimonium cum Paulo contrahendum,
quae quidem omnia referunt iurati testes, numero novem;
plerumque oculati, et aliunde probi et fide digni.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis,
Christi nomine invocato,

Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: «*Constare de nullitate matrimonii inter Renatam Robine et Paulum Berthon*» et sic proposito dubio respondemus; statuentes praeterea eandem Renatam Robine ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim *Cap. 3, Sess 25. De Reform. Conc. Trid.*, us adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 13 Martii 1911.

L. ✠ S.

Seraaphinus Many, *Ponens.*

Franciscus Heiner.

Ioannes Prior.

Sac. Tancredus Tani, *Notarius.*

DOCUMENTOS CIVILES

SENTENCIA

En la ciudad de Valencia á diez de Abril de mil novecientos once.

El Sr D Ricardo Serrano Chassaing, juez municipal en funciones de juez de instrucción del distrito de Serranos de la misma: Visto el presente juicio de faltas en grado de apelación, procedente del Tribunal municipal de este distrito, seguido á denuncia de D. José Sellens García, cura párroco de Benimámet, contra Eliseo Benavent Mus, carpintero, y Romualdo Sala Pastor, cantero, ambos mayores de edad, vecinos de Benimámet, con instrucción el primero, en cuyo juicio ha sido parte el ministerio fiscal, quien solicitó se imponga á los denunciados, como autores de la falta del artículo quinientos ochenta y seis, caso primero del Código penal, la pena de un día de arresto y cinco pesetas de multa cada uno, con imposición de costas por mitad, y

Resultando: Que el Tribunal municipal, con el voto en contra del señor juez municipal, dictó sentencia en veintiuno de Marzo último absolviendo á Eliseo Benavent y Romualdo Sala de la falta denunciada, declarando de oficio las costas

Resultando: Que dicha sentencia contiene el siguiente «Resultando: que el día veintisiete de Febrero último, sobre las doce, regresaba el coadjutor de la iglesia parroquial de Benimámet, D. Marcelino Gómez Fernández, por el camino de Paterna, de administrar los Sacramentos é una enferma, y se cruzó, fuera ya de poblado, con los denunciados Eliseo Benavent Mus y Romualdo Sala Pastor, que marchaban en dirección opuesta, y que si bien cedieron al coadjutor y acompañantes del Viático el sitio preferente se negaron á descubrirse, contestando el Benavent á las invitaciones que les hizo el cura «que siguiera su camino, que ellos iban al suyo», y «que nada le importaba»; hechos probados.

Resultando: Que en la expresada sentencia figura asimismo el siguiente «Resultando: que los denunciados Eliseo Benavent y Romualdo Sala Pastor son conocidos del coadjutor y acompañantes de Viático como no católicos, y que el acto sólo fué presenciado por las personas que componían el séquito; hechos probados»

Resultando: Que admitido en ambos efectos el recurso de apelación interpuesto por D. José Sellens contra la referida sentencia, se remitieron las actuaciones á esta segunda instancia con emplazamiento de las partes, y habiendo éstas comparecido dentro del término legal ha tenido lugar en el día de hoy la vista del juicio con asistencia del ministerio fiscal, quien solicitó la revocación de la sentencia apelada en el sentido de que se condene á los apelados á la pena que solicitó en el Tribunal inferior, haciendo suya esta petición el procurador D. Joaquín Peris, que se ha personado en esta segunda instancia en nombre del apelante; y concedida la palabra al apelado Eliseo Benavent Mus, único de ellos que concurrió, solicitó la confirmación de la sentencia apelada con las costas al apelante.

Considerando: Que, sea cual fuere el concepto que en el orden social merezca la conducta de los denunciados Eliseo Benavent y Romualdo Sala, es incuestionable que el acto por éstos realizado en la forma en que se relaciona

por el Tribunal municipal, según la declaración de los hechos probados, integra la falta definida en el número primero del artículo quinientos ochenta y seis del Código penal, en razón á que la negativa de los denunciados á descubrirse al paso del Viático arguye ofensa en el sentido y con el alcance que tiene la citada disposición, puesto que el elemento intencional se desprende en este caso precisamente de la omisión voluntaria revestida de circunstancias externas suficientes para la demostración del deliberado propósito de lastimar los sentimientos religiosos de los acompañantes del Santísimo Sacramento, porque esa intención fué exteriorizada cuando requeridos para que se descubriesen se negaron á verificarlo invocando que no profesan ideas católicas, ya que la tolerancia religiosa establecida por el artículo once de la Constitución del Estado exige el respeto á todos los cultos, y por tanto condena la realización de actos que, como el de no descubrirse ante el Viático, presuponen marcada significación ofensiva, por cuanto el hecho de descubrirse no implica abdicación de creencias, por las cuales nadie puede ser molestado, sino tan sólo un acto de buena educación y respeto, perfectamente compatible y armonizable con la carencia de ideas católicas, y al no hacerlo así los denunciados, negándose con insistencia á descubrirse, á título de no ser católicos, adoptaron una actitud irrespetuosa, con la que ofendieron los sentimientos religiosos de los acompañantes del Viático, é incurrieron, por consiguiente, en la falta de que, con acierto fueron acusados por el ministerio fiscal.

Considerando: Que no siendo legalmente atendible la doctrina mantenida en la sentencia apelada se impone su revocación, y en su consecuencia la condena de los denunciados, como autores de la falta de que son responsables, á la pena pretendida por el ministerio público.

Vistas las Sentencias del Tribunal Supremo de 3 de Marzo de 1884, 20 Abril, 23 Octubre y 23 de Noviembre de 1885, 17 de Junio y 29 de Septiembre de 1886, 27 de Enero de 1889, 24 Diciembre 1888 y 23 de Marzo de 1905.

Fallo: Que debo revocar y revoco, declarando de oficio las costas de esta segunda instancia, la sentencia apelada dictada en veintiuno de Marzo último por el Tribunal municipal de este distrito, por la que se absolvió á Eliseo

Benavent Mus y Romualdo Sala Pastor, y en su lugar debo condenar y condeno á dichos dos denunciados, como autores de la falta prevista en el caso primero del artículo quinientos ochenta y seis del Código penal, á cuatro dias de arresto y cinco pesetas de multa á cada uno, condenándoles también al pago por mitad de las costas de primera instancia. Y luego que esta sentencia adquiriera el carácter de firme, devuélvanse las actuaciones, con testimonio de ella, al juzgado de que proceden, para su ejecución. Así por esta mi sentencia la pronuncio, mando y firmo.—*Ricardo Serrano Chassaing*.—Rubricado.

Publicada la sentencia preinserta y notificada á las partes, transcurrió el término fijado en el párrafo 4.º del art. 212 de la Ley de Enjuiciamiento criminal sin haberse preparado el recurso de casación por infracción de ley contra dicha sentencia, y fué ésta declarada firme en dieciocho del corriente, mandando la devolución de las diligencias al juzgado de que proceden para la ejecución de la indicada sentencia.

Y para entregar al procurador D. Joaquín Peris, á instancia de éste, extendiendo la presente copia autorizada en Valencia á veintiano de Abril de mil novecientos once.— JOSÉ ORTUÑO.

**Asociación de Sufragios Mútuos del Clero
de la Diócesis.**

Han manifestado que desean pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

Núm. 1462=Laso Sánchez D. Domingo, con obligación de aplicar *diez Misas*

Núm. 1463=González Fernández D. José, con obligación de aplicar *quince Misas*.

León, 28 de Junio de 1911.—Dr. Manuel González,
Magistral Secretario.

GENARO GONZALEZ CALZADA

Hijo de Cándido González

Casa fundada en 1856. Plegaria 8—LEON

Tiene el gusto de ofrecer á los Sres. Sacerdotes un gran surtido en géneros negros para la confección de Sotanas, Dulletas y Manteos, en sargas, merinos, vicuñas y demás clases de negro completamente sólido y á precios limitadísimos, garantizada la confección á gusto del más exigente.